

Pars affir-
mativa
probatur.

test quis, saluâ conscientiâ, accommodare; est enim gratia, & talibus, sicut & priuilegiis, vt in volumen, iuxta receptum axioma. Præterquam quod cum Regio Consilio Indiarum consuefatos posse in ciuitate ipsa adesse; in qua est Ecclesia, ad cuius seruitum promouentur, vel certe non longe ab illa, sic statuere poterant, ut si intra brevem spatiū se præsentare non possint, longum aliud minime patrocinari posset, clausulâ illa addita, vel si intra brevem posset, in quo mora eis nocebit. Atqui tale quidquam non additur; ergo quia non est iuxta prouidentis mentem ut spatiū illud, cum fieri poterit, debeat ex obligatione conscientiâ coactari. Nihilominus

Affirmatio 1.
negans, de-
ficiente
causa.

Dico primò. Si prouisus de Præbenda sine rationabili causa præsentationem diu differat, non videtur tutâ conscientiâ id facere posse. Probatur, quia cum Præbenda instituta sit pro servitio Ecclesie, ad cuius auctoritatem, decentiam, & splendorem spectat, dum eo per longum spatium priuat, damnum notabile patitur, cuius rationabilis causa non est in eo, qui eidem occurrere portat, & debuit, accepta præsentatione. Datim autem notabile reputari ex dispersione Iuris ostenditur, circa tempus, quod Patronis ad præsentationem conceditur; laici enim quadriimestre, Ecclesiasticis semestre: quia ultius prouisionem differre non sine notabili Ecclesiæ potest contingere detrimento. Et idem negligentes in præsentando intra illud spatium, præsentationis pro illâ vice iure priuantur: quia poena gravis profecta est. Cap. Qui diversitatem s. de Concessione Præbenda. Et Cap. Unico, de iure patronatus in Sexto. Ratio autem decisionis redditur in Cap. Ne defectu 41. de supplen. negl.

Cap. Nulla de con-
cessione Prae-
bendæ.

Et ex obli-
gatione af-
ficiente in
Ecclesiâ
Præbenda-
ris com-
muni.

Prælator, ne scilicet Beneficia diu videntur. Et Cap. Nulla 2. de Concess. Præb. ibi: Non diu maneat in officiis. Quid autem prouisum prouest, si electus remoratur? Quod vrgetur ex obligatione, quam Præbendarij habent affiditi in Ecclesiâ, quia sub mortali est, si absentia sit diuturna, ut cum alijs docet P. Bauni Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 6. §. Est autem. Et §. Quæst. Et in Praxi Beneficiorum, Disput. 13. Quæst. 47. ac Disput. 15. Quæst. 24. per errorem, cum esse debeat. 25. 5. Quæst. Et probabilitius, multis adductis, affirmat Diana Parte 2. Tractat. 12. Resolut. 31. P. Palau Tomo 2. Tractat. 7. Disput. 3. Punctio 2. Et omnino videndum Bonacina Tomo 1. Disput. 2. de officio diuinio in Choro, &c. Quæst. 1. Punctio 2. num. 1. & P. Lessius in Resolutionibus posthumis. verb. Hor. Canoniz. num. 18. Pro quo & nonnullos adducit P. Thomas Sancius Lib. 2. Consistorium, Cap. 2. Dub. 112. num. 2. licet ipse num. 4. & 5. tantum sub veniali esse dicat, nisi contemptus adsit, aut propter absentiam omittatur. Officium diuinum publicum, vel alias notabiliter lædatur cultus diuinum officij. Atque prouisus de Præbenda, quam admisit, jam est moraliter Præbendarius, & titulo Præbenda ab omnibus salutatur, eiisque absentia non sine detrimento diuini cultus accidit: ergo de illo est simili fructu non percipi: quia obligatio residendi ex vi Beneficij habetur ad Ecclesiâ seruitum instituti: distributiones autem neque augent, neque minuant obligationem, sicut neque alia emolu-

menta: sed dantur ad initandum Præbendarios ut animo promptiore concurrant, ut bene obseruat P. Sancius supr. num. 6.

3 Dico secundò. Si rationabilis causa dilationis sit, nullum erit in illâ peccatum. Probatur; quia rationabilis causa dilationis, est rationabile impedimentum: atqui impedito non currit tempus, ut est regula multis Iuris virtusque decisionibus comprobata, pro quibus videri potest Glossa in Cap. His quibus de Electione verb. Currat. Ut verò rationabilis debeat causa reputari, inspicendum an ex affectu honesto procedat, etiam si temporale cùm modum concernat; ut quia tempus illud necessarium est ad recuperanda debita, vel de rebus suis disponendum. Non verò si ex titulo augendi diutias per contractus minus decentes Clericalis statum, aut ex ambitione, quia sic viam munit Præbenda alteri pinguiori. Erit autem honestissima, si Parochus Indorum sit, & in ædificandâ Ecclesiâ versetur, cuius fabrica eo absidente, aut nullo modo, aut lete admôdum censeatur processura. Vel si pio alteri incutiat opere illius præsenzia promovendo, & absentia negligendo. Et generaliter si Deus habeatur præ oculis, cuius beneficium inquiratur, & non mundi vanitas dominatur.

4 Dico tertio. Si tempus in Regiâ prouisione assignatum non sit elapsum, etiam si rationabilis causa pro dilatione non fuerit, non peccabit grauiter qui præsentato titulo Præbenda postulauerit collationem, neque etiam qui sic præsentatum admiserit ad Canonicam institutionem & possessionem. Ratio est; quia quidquid de præterito peccato fuerit, ius ex præsentatione habitum non est amissum, quia Regia prouisio absolue illum terminum statuit, neque ob dilatationem alijs culpabilem inualidari gratiam à se factam declarat, aut verosimili aliquâ ratione significat. Oportet autem beneficia Prinipum esse mansura. Sicut Regula habet Iuris in Sexto: pro quo & facit ratio adducta nu. 1. & descendit potest multorum scriptorum sententia afferentium Præbendarios ægrotantes lucrari distributiones quotidianas, etiam si propriâ culpâ in morbum incidunt, ut videri potest apud P. Sancium supr. Dub. 91. Trullench Lib. 1. Cap. 8. Dub. 8. numer. 5. & Zerola Parte 1. verb. Distributiones, numer. 3. Culpa ergo prouilegio & gratia non obstat, quando ita admisetur, ut ob illam non inueniatur aliud à Principe declaratum: vnde nec veniale in eo videtur esse peccatum.

5 Dico quartò. Si terminus elapsus sit, neque rationabilis causa substiterit dilationis, etiam prouisus poterit tunc tutâ conscientiâ ad Episcopum venire, institutionem Canonicam petiatur. Id probo ex Cap. Si tibi absenti, de Præbendis, &c. in Sexto, vbi sic habetur: Sed si Episcopia (notificat à tibi collatione) ad contentandum terminum competenter afignet: nisi consenseris, poterit eo elapsò Beneficium libere, cui viderit expedire, conferre. Antequam tamen ipsum contulerit, tuum poterit (non obstante quod elapsus sit terminus) præstare consensum: & ex tunc de ipso non poteris aliter ordinari. Sic Bonacius VIII. Propter quam decisionem tenent communiter Doctores nullum tempus in Iure præsumum esse, intra quod Beneficia acceptari debeant

Vnde talia
repudiada.

Affirmatio 3.
etiam illâ
deficiente
valida esse
admissione,
immò &
non culpa-
bilem.

Affirmatio 4.
idem sta-
tuens elap-
so termino.

Cap. Si tibi
absenti,
de Prae-
bendis in 6.

Nullum tē-
pus in Iure
delegatum
pro ace-
ptatione.

ant, ut videri potest apud Dom. Solorzanum Tōmo 2. Lib. 2. Cap. 13. numer. 21. Licet autem Regiam præsentationem acceptauerit, cui terminus præfixus est, cum renuntiare illi possit liberè ante Collationem, non est plenè Beneficium acceptatum. Præterquam quod Capitis præfati decisio edendit, ut Collationi non sit tempus in Iure præsumum, licet præsentationi & prouisioni sit: ergo dummodo Ordinarius præsentatum velit instituere Canonice, lapsus termini à Patrono designati non officit; quia quidem designatio prouisi diligentiam excitat, & obligationem ante oculos ponit, & non formam iniuliabilem propone, etiam si dicatur ut Præbenda vacet: ut verò hoc non debeat Regiæ voluntati contrarium existimari, valida est conjectura ex iis, quae diximus num. 2. circa damnam, quia ex dilatione in Beneficiorum prouisione sequuntur: id namque in easu præsenti maxime verum comprobatur. Si enim post elapsum tempus præsentationi assignatum, ad notiam sit deueniendum prouisionem, aliud erit spatium simile percurendum, quod iunctum præcedenti longissimum faciet vacatioinem. Nequit autem tale quid de Regiâ voluntate præsumi, ad maius semper botum cauſæ publicæ, & præsertim Indiarum, intentâ, cuius sunt curæ ab Apostolica Sede quoad spiritualia commendatae. Si etiam addamus non sine graui scrupulo præsentationem ita posse prorogari, contra Iuris dispositiones, præsertim circa Patronos laicos.

6 Et licet communis sententia sit eum, qui per triennium collationem non acceptauit, censiari iuri sibi competenti renuntiasse, & ita illo primitur: pro quo Dom. Solorzanus supr. num. 21. & 22. quia est tacita renuntiatio, quia in Iure expressa æquiperatur. Cap. Quā periculofum 7. quæst. 1. In casu tamen nostro aliter res habet, quia nequit tacita renuntiatio præstigi, vbi expressa est Beneficij assumendi voluntas, quamvis plus iustò illius executio prorogata. Neque Caput illud quidquam probat, in quo de tacita renuntiacione nihil habetur sed quod periculofum sit iuri & potestati in spiritualibus renuntiare, quandoquidem quod dimittitur, nequit reasumi, quod Esau exemplo comprobatur, qui vendidit primogenita sua. Atqui Esau non tacitè, sed expresse renuntiavit, ut constat ex Genesis 25. & ex facto: unde Caput illud desumptum, quia scilicet Diuus Cornelius Pontifex volebat Pontificatu renuntiare, quod ne faciat, Diuus Cyprianus exhortatur. Vbi manifestum est non de tacita, sed de expressâ renuntiacione tractatum. Negandum tamen non est tacitam tantum renuntiacionem inueniri posse, & triennium ad illam sufficiere, vbi de contraria voluntate non constat, per quam tacita venit elidenda, quia in solâ præsumptione fundatur. Ad ea, quæ initio Capitis pro parte fauorabili sunt proposita, non est opus respondere, cum ex dictis constet quod ex illis habeatur.

8 Dici potest supra proportionem non esse, quia augetur labor, dum ille, qui plurium erat futurus, ad paucos reuocatur: sed contra hoc est, quia licet labor aliquantulum augetur, non tam in eâ proportione ut totum distributionum incrementum possit illi respondere; cum alijs certum sit, quod præmium laboris iuxta illius debeat crescere proportionem. Quod autem non sic erexit evidentissimum est. Nam quod attinet

CAPUT II.

An tutâ conscientiâ pauci Præbendarij, ad quos est numerus statutus in erectione redactus, eorum possint emolumenta lucrari.

7 D Ecclâ emolumenta sic disposita in Indiis sunt, ut ad distributiones quotidiana quarta decimârum portio sequestretur Præbendaris dispensanda. Cum ergo ob Patroni distantiam contingere possit, ut deficitibus Præbendaris alij tardius adueniant, & sic eorum numerus reddatur exiguis, inde distributionis materia, & certe non leuis, ut non debeat hoc loco prætermitti. Circa quam

Dico primò. Quando numerus Præbendariorum adeo est exiguis, ut eorum distributiones veniant duplicandas, aut ampliores duplo futuræ, recipi quidem ab illis possunt, sed cum diuerso modo obligatio.

Affirmatio 1.
affirmans;
sed cum di-
verso modo
obligatio-
ni.

ratio di-
stribu-
tio-
nes.

Si enim post elapsum tempus præsentationi assignatum, ad notiam sit deueniendum prouisionem, aliud erit spatium simile percurendum, quod iunctum præcedenti longissimum faciet vacatioinem. Nequit autem tale quid de Regiâ voluntate præsumi, ad maius semper botum cauſæ publicæ, & præsertim Indiarum, intentâ, cuius sunt curæ ab Apostolica Sede quoad spiritualia commendatae. Si etiam addamus non sine graui scrupulo præsentationem ita posse prorogari, contra Iuris dispositiones, præsertim circa Patronos laicos.

6 Et licet communis sententia sit eum, qui per triennium collationem non acceptauit, censiari iuri sibi competenti renuntiasse, & ita illo primitur: pro quo Dom. Solorzanus supr. num. 21. & 22. quia est tacita renuntiatio, quia in Iure expressa æquiperatur. Cap. Quā periculofum 7. quæst. 1. In casu tamen nostro aliter res habet, quia nequit tacita renuntiatio præstigi, vbi expressa est Beneficij assumendi voluntas, quamvis plus iustò illius executio prorogata. Neque Caput illud quidquam probat, in quo de tacita renuntiacione nihil habetur sed quod periculofum sit iuri & potestati in spiritualibus renuntiare, quandoquidem quod dimittitur, nequit reasumi, quod Esau exemplo comprobatur, qui vendidit primogenita sua. Atqui Esau non tacitè, sed expresse renuntiavit, ut constat ex Genesis 25. & ex facto: unde Caput illud desumptum, quia scilicet Diuus Cornelius Pontifex volebat Pontificatu renuntiare, quod ne faciat, Diuus Cyprianus exhortatur. Vbi manifestum est non de tacita, sed de expressâ renuntiacione tractatum. Negandum tamen non est tacitam tantum renuntiacionem inueniri posse, & triennium ad illam sufficiere, vbi de contraria voluntate non constat, per quam tacita venit elidenda, quia in solâ præsumptione fundatur. Ad ea, quæ initio Capitis pro parte fauorabili sunt proposita, non est opus respondere, cum ex dictis constet quod ex illis habeatur.

8 Dici potest supra proportionem non esse, quia augetur labor, dum ille, qui plurium erat futurus, ad paucos reuocatur: sed contra hoc est, quia licet labor aliquantulum augetur, non tam in eâ proportione ut totum distributionum incrementum possit illi respondere; cum alijs certum sit, quod præmium laboris iuxta illius debeat crescere proportionem. Quod autem non sic erexit evidentissimum est. Nam quod attinet

Ex labore
auto non
benè argui
ad totalem
acceptationem.

ad Chorum non duplicatur absentia, cum sit obligatio eadem, licet hebdomarij munus sit frequenter obendum, vnde & Missa Contentualis plures etiam decantanda. At hoc incrementum laboris aliquale tantum est, non tamen duplo maior labor. Praterquam quod propter incrementum tale laboris nihil videtur peti amplius posse, quia ratione Præbenda ad id tenetur, quando casus necessitatis ocurrunt, vt patet quando Socij agrotant, aut impedimentum aliud legitimum patiuntur. Et ita etiam accidit in officiis alius: Auditores enim Regij, si pauciores sint, plus laborare coguntur, nec tamen propterea salarium maius accipiunt: sicut & Quæstores, & Rationales. Non debent autem Ecclesiastici in hac rerum temporalium causa laicis ministris superari. Pro quo est & sententia multorum apud Couarruiam *suprà*. §. Tertio, eadem, quam & sequitur Zerola *suprà*. §. Primum dubium, afferentium Præbendario, qui gerit vicem duarum personarum, ut quia Canonicus, & Archidiaconus est, non deberi plures distributiones, quia non multiplicatur præsentia, licet labor aliquando multiplicetur: est enim ablonum *ut quis stipendia sibi vendice plurimorum*, vt habetur in Cap. Quia nonnulli, de Cleric. non resident.

Cap. Quia nonnulli.

Exprobatis sententijs urgetur.

9 Et pro resolutione proposita stat etiam sententia, quam cum doctis Recentioribus tenet P. Thomas Sancius Lib. 2. *Constitutorum*, Cap. 2. Dub. 88. num. 8, quod scilicet si Canonicus propter excommunicationem, suspensionem, vel alius impedimentum occulatum, Beneficii fructus principales amittat, non tenetur illos restituere alii Canonici, sed fabrica Ecclesie, in qua est Beneficium, vel pauperibus. Id quod numer. 7. etiam docuerat citatus Auctor cum communi etiam Doctorum sententia Recentiorum, de eo, qui fructus principales amittit, quos vocant *Grossam*, ob non recitatas Horas Canonicas. Atqui idem videtur dicendum quando fructus ex quacumque alia ratione supersunt, & ita cum Præbenda vacant, quia eadem ratio est. Sicut enim in casibus prioribus non sunt alii dandi Præbendarii, quia nullus apparet titulus, propter quem illos lucrari possint; ita & in posteriori, cum ipsis possit Euangelicum illud dici: *Tolle, quod tuum est, & vade.* Stat enim celebris opinio *Glossa in Clement. 2. verb. Suspensos, de vita & honest. Clericorum*, afferentis absentias partes in fructibus principalibus in Ecclesiam conferendos. Sunt autem distributiones, de quibus loquimur, principales fructus, vt constat, & licet Couarruias *suprà*. §. Quartio, quod, contrarium videatur tenere, id tamen cum formidine pronuntiat, sic dicens: *& sanè, nisi fallor etiam in redditibus principibus, &c.* addens statim quamdam distinctionem; vt tunc fructus accrescant præsentibus, quando certa quantitas destinata est ad Ministrorum vietum, & laboris mercedem: fecus autem si statutum sit, vt cuiilibet Ministro detur certa aliqua præstatio: tunc enim absentias partes debentur Ecclesie. Quis autem non videat eamdem in omnibus esse rationem, nec maiorem titulum pro luero extare, quando labor non duplicatur. Quod si ratione aucti aliquanter laboris debet stipendium accrescere: ergo & quando certa annua præstatio destinata est, idem debet affirmari: quod tamen negatur.

Couarruias, distinctione ap ponit, non probatam.

10 Deinde, militat principaliter pro Assertione Decretum Concilij Tridentini Sessione 22. Cap. 3. vbi de non impletibus personaliter competens sibi seruitum dicitur: *quod illius dies distributionem amittit, nec eius quoquo modo dominium acquirat, sed fabrica Ecclesie, quatenus indigat, aut alterius loco, arbitrio Ordinarij applicatur.* Non ergo presentibus distributiones accrescent. Si dicatur cum P. Sancio *suprà* num. 4. intelligi de distributionibus, quæ amittuntur ab illis, qui non adimplent onera particularia sibi ab Episcopo imposta, quarum diversa est ratio ab illis, quæ amittuntur propter absentiam: & ab eodem Concilio Sessione 21. Cap. 3. decernitur, vt inter illos diuidantur, qui diuinis officiis intersunt. Id certe non satisfact, quia ratio est eadem: sicut enim non adimplentibus onera particularia ab Episcopo imposta, distributiones non accrescent praesentibus, & imposta sibi exequentibus, quia nullus est titulus, propter quem tale accrementum mercantur, laboris sui premium proportionatum habentes: ita similiter in aliis, quibus nullum est speciale onus impositum, absunt tamen sine titulo priuilegio; quia nulla est ratio differentia. Neque Concilium cum distribuendas inter praesentes decernit, eam generalem distributionem intendit, sed proportione accommoda: vt scilicet praesentibus sua dentur portiones, quæ quidem Choro etiam pleno darentur, non vero quod in paucos omnis quantitas dispergatur: cum illa potius debeat prævalere sententia: *Diversit, dedit pauperibus.* Quia vero eo loco quid est de portionibus absentium faciendum, non statuerat, id Decreto posteriori dispositum: vnde nulla est in praefatis Sanctionibus antimonia; neque necessaria expositio adducta, quam ex Nauarro citatus Auctor desumpit.

11 Videtur autem in contrarium stare Declarationis Cardinalium quam adducit Nicolaus Garcia de Beneficijs, Parte 3. Cap. 1. num. 465. Iuxta illam enim inter duos illos distributionum modos differunt constitutur, vt aliae interestentibus accrescant, non ita illæ, de quibus in loco disponitur posteriori. Sed certe de tali Declaratione authenticè non constat. Deinde, cum discriminis ratio appareat nulla, ita accipienda est dicta Declarationis, vt nullum in re ipsa discriminationis quantum ad Ecclesie, pitorum locorum, ac pauperum commodum, licet per diuersas debeat manus ad eosdem deuenire. Itaque danda illæ interestentibus, sed vt per eos fiat, quod erat per Ordinarios faciendum. Bona enim Ecclesie sunt, & in illis non est titulus vt lucrari ea possint: ergo in bonum debent ipsius Ecclesie converti. Præterea, quod ad easum nostrum attinet, ex eadem Declaratione compertum habetur, sic enim in eâ dicitur: *Portiones absentium accrescent absentientibus, si ex Decreto Concilij Sessione 21. Cap. 3. separata sint.* Cum ergo distributiones, de quibus agimus, non sint ex Decreto Concilij separatae, sed totum emolumumentum Beneficiale, si inde non accrescere seruentibus. Aut ergo Declarationis dicta authentica non est, & sic ex eâ nihil probare aduersantes possunt: aut authentica; & sic Assertioni proposita penitus conformatur.

12 Dico secundò, Ex distributionibus accrescen-

Ex Tridentini Decreto fortior instantia.

Differentia quadam distributione num, quæ aliqua adhibent, non iuuat.

Neque Declarationis Cardinalium.

Illam suffragari.

Capitulum etiæ bona Mensa ut queat di- ponsere.

Affiratio 2. Quid ex increscentibus sumere Praebendarij possit.

Affiratio 3. Quid faciendum statuens, cum maior numerus Præbendariorum adest.

Affiratio 4. Quid quod in vno tantum adest.

Capitulum etiæ bona Mensa ut queat di- ponsere.

crescentibus sumere Præbendarij possunt proportionatum aliquid labori etiam accrescenti, considerat illius qualitate, & eo frui sicut distributionibus aliis. Neque obstat quod diximus de condignitate stipendi fluctu incremento dicto, etiam illud non augatur: quia licet ita sit; cum tamen accrescat illis, iuxta speciale pro Indiis dispositionem, aliquid inde emolumenti percipere possunt, ne velut mercenariae sint, per quos ad alios dictarum transeat utilitas portionum. Et quia cum revera labor aliquiter accrescat, & illius intuitu dentur, præmium inde aliquid poterit expectari: quod iuxta Ecclesiæ benignitatem est, quæ distributiones eà consideratione disponit. Enimvero cum haec non sine doloris acrisenju aduerteret, frigere tempora, silere pulpita, manere diuina officia, Canonorum ea obeuntibus paucitate mirabili, credidit optimum factum esse eos præmii, ut pueros, dulcariis, ad pietatem munusque præstandum illicere, vt loquitur P. Bauny Tomo 1. Tract. 11. Quest. 17. §. Est autem. Et quidem licet nihil sibi applicandum ex tali accretione Præbendarij haberent, hoc ipsum quod est posse de illis disponere, magni præmii loco habendum esset: quia plura opera pia instituire aut promovere possunt, consanguineorum necessitatibus subuenire, & sic gratiam multiplice inire, atque honorem non modicum comparare. Quomodo autem portio illa labori respondens dispensanda sit, quæstio est ad integrum distributionem afflentia respondentem spectans, de qua statim.

13 Dico tertio. Si major numerus Præbendariorum adsit, ita vt excedant medietatem, videtur sine scrupulo posse quidquid accrescere, assumi. Et ratio est: quia cum sumi aliquid possit, juxta nuper dicta; id quod accrescit in casu dicto non videtur in proportionatum, et si superabundantia aliqualis appareat, ad benignitatem est Ecclesiæ talis liberalitas referenda.

Dico quartò. Si vni tantum Præbendarius, sit vt non semel accidit, non sunt illi distributiones penitus denegandæ, eo quod distributionis respectu vni soli esse nequit, vt ex nominis constat proprietate. Id videtur clarum, quia eo quod solus sit, & sic labor eius minor, non debet esse pejoris conditionis. Habet ergo proportionatum labori stipendum, juxta prudentis arbitrium. Et distributionis tunc etiam stabit vox propter respectum ad plures, non actu, sed aptitudine. Sicut justitia distributiva exercetur quando vni datur Beneficium non habenti oppositorem. Præter illud autem quod sibi assumperit, dubitari potest, an alia possit Ecclesiæ aut pauperibus dilargiri, vel ad Episcopum hæc spectat functione, juxta id quod Concilium Tridentinum disponit Sessione 22. Cap. 3. Et videtur quidem satis verosimile ad Episcopum spectare, quia casus est specialis, & momenti magni, nec verosimile Præbendario vni tantum esse concessum poteat. Pro quo & facit id, quod cum aliis tradit Dom. Solorzani Lib. 3. Cap. 13. num. 53. & in Politica Lib. 4. Cap. 14. pag. 620. §. 1. Capitulum scilicet sine Episcopo posse disponere de bonis Mensæ Capitularis sine fabricæ, in rebus non multi momenti. Quod sequitur Dom. Villaroël Quest. 8. Artic. 2. num. 10. Et est illud fermo sit, qui nondum professionem emiserunt; habitum tamen Religionis assumperunt; ex eo Doctores colligunt, ad Religiosos talem decisionem extendi. Quæcum generalis sit, & assumptionem prohibeat, de illa etiam, quæ tempora-

Theauri Indici Tom. II.

serandum, & maximè in nostro casu, vbi non videtur esse Capitulum, quia Capitulum est collectio Canonorum, eodem suffragij causa commen- tium: vt videri potest apud P. Bauny *suprà* Quest. 1. Si vero non adit Episcopus, ab uno fieri potest distributionis, quando in Ecclesiam est indi- gentem facienda, aut in pauperes: quia haec non patiuntur dilationem. Cui resolutioni accommo- dari potest id, quod ait Dom Barbosa *de Postestate Episcopi Allegat.* §. 3. num. 239. quod licet Capitu- lum, sive Clerici inferiori sine Episcopo non possint statuere de quotidiani distributionibus, quia hoc concernet statum vniuersalitatis Ecclesiæ, diuinae officia, eorumque regimen: poterunt tamen id facere, quando nihil constituant contra Episcopi jurisdictionem, aut contra jus com- mune: id quod ex Auctoribus alijs desumpit, & de quo *infra* Tit. seq. num. 1. In casu ergo nostro id fieri poterit quod diximus, quia jurisdictione ad unum redacta est. Et in uno solo Canonico in quo re- manes in Capituli. Ius Capituli conseruari potest: vt cum aliis tradit P. Azor Tomo 2. Lib. 3. Cap. 27. Quest. 5. quamvis hoc suam habeat difficultatem, pro qua Dom. Solorzani Lib. 3. Cap. 13. num. 36.

C A P V T III.

Quomodo debeat Præbendariorum defectus suppleri.

14 **C** Vm id possit in Indiis non raro cōtingere, ad Regiam prouidentiam pertinuit casus huiusmodi prævenire, vt illicet Ecclesiæ debito cultu non careant, & diuina officia cum conuenienti possint decentiā celebrari. Ideo per Regias schedules confitutum, vt paucitate Præbendariorum succedente, Episcopi Clericos aliquos deputent adstitutos Choro, & Præbendariorū more sacra peracturos, competenti illis stipendio designato. De sua S. Iacobi Chileni Ecclesia locutus Dom. Villaroël & Schedulam, & factum refert Quest. 5. Art. 5. num. 25. qui per errorem typographiæ est. 14. Circa quod

Dico primò. Episcopi nequeunt Religiosum ad Canonicatum modo dicto designare, etiam conuientibus Prælatis. Quod quidem non ex eo accidit, quia Religiosi nequeunt sine licentia Sedis Apostolicae Beneficia concedi. Cap. Super eo, de Regularibus. Cap. Cum de Beneficio, de Præbendis in Sexto. & alibi: Pro quo alia satis vrgentia adducit Lauretus de Franchis in Controversijs. Quest. 89. cum tale ministerium non sit Beneficium, sed seruitum temporale, sicut de Vicariis temporalibus affirmant communiter Doctores, & esse ab omnibus receptum testatur P. Palau Tomo 2. Tract. 13. Disput. 1. Puncto 1. in fine. Sed quia id absolutè extat prohibitum in citato Cap. Super eo, verbis illis: *Nec amplius in Cap. Super Ecclesiis secularibus debent assumiri: ne contra votum, per eo, de Regularebus.*

Z Z lis